UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Domitii Plati Societatis Iesv Theologi, De Domini Nostri Iesv Christi Passione

Piatti, Domizio

Coloniae Agrippinae, 1610

De tertio genere, id est, petitione, Cap.17.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49474

Visual Library

DE TERTIO GENERE COLloquiorum, videlicet, Petitione.

CAPVT XVII.

Quantа nobis incũbat neceſſitas, petendi à Deo quę nobis neceſſaria ſunt.

NON erimus longi in perſuaden[do] eorum colloquiorum, quæ petiti[o]nem conſtituunt, neceſſitate: quoniam [v]nuſquiſque per ſeſe videre poteſt, quam[ ]ſint neceſſitates quibus premitur: & ſi v[e]ræ fidei lumine præditus eſt, poteſt oc[u]lo purgato cernere atque cognoſcere fr[u]ſtra ſe ſperare à rebus creatis auxilium imò omnia quæ ſunt extra DEVM, no[n] eſſe ſufficientia ad leniendum, mitigandum, atque tollendum, grauiſſimum illud humanarum miſeriarum & ærumnarum pondus, cui aſſiduò ſe obnoxium eſſe aduertit.

OPVS eſt igitur vt DEVM ſummo ſtudio quærat: ad ianuam tam benigni & amantis Patris pulſet: orationibus aſſiduis clementiſſimam tanti Domini, à quo ſecurè omne auxilium & opem ſperare poteſt, miſericordiam imploret. Porrò methodus in hoc genere colloquiorum talis ſeruanda erit.

Quomodo petitionis actus ad vsũ adhibendi ſint.

I. *Primum*, ſiſtemus nos diuino conſpectui inſtar medicorum non modò ſumma egeſtate laborantium, ſed etiam varijs ægritudinibus,

dinibus, plagis, atque vulneribus languentiũ. Et conſiderantes, nos non modo dignos nõ eſſe qui exaudiamur, ſed etiã qui ne admittamur quidẽ ad conſpectũ & præſentiam tãtæ maieſtatis, cõfidemus in ſola DEI immẽſa bonitate, in Chriſti meritis, & B. Virginis, ſãctorumq; ſuffragijs & interceſſionibus.

Deinde varias gratias, meditationi & neceſſitatibus in quibus tum conſtituti erimus, maximè conformes poſtulabimus: præcipuè verò ſequentes. II. Quid à Deo petendũ ſit.

torum.

I. Miſericordiam & remiſſionem pecca- 1.

II. Spiritum bonum & rectum in diuinis obſequijs. 2.

III. Gratiam efficacem pertingendi ad ſummam perfectionem, quæ conſiſtit in plena totius affectus ab omni re creata abſtractione, & in ſolo Creatore adhæſione: quia inordinat⁹ amor rerũ terrenarũ ſalutẽ noſtrã præpedit: & quemadmodum nauis vado illiſa, ad portum nequit appellere: ita & is qui mundi rebus nimium inhæret, optatiſſimum ſalutis portum non valet attingere. 3.

IV. Perfectum & flagrantem DEI amorẽ, cum abſoluta noſtræ voluntatis cum diuina, in omnibus ſiue proſperis, ſiue aduerſis, conformitate. 4.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

5. V. Vt ſuccurrat omnibus noſtris & p
ximorum neceſſitatibus ſpeciali
præcipuè S. Matris Eccleſiæ, Summi P
tificis & Prælatorum omnium Religio
rum familiarum: omniũ præterea Prin
pum & Dominorum Chriſtianorum:
flictorum & peccatorum: infidelium
hæreticorum, vt ad DEVM relictis erro
bus conuertantur: benefactorum, deſu
ctorum, amicorum, & omnium qui ſeſ
cialius Orationibus noſtris commen
runt.

6. VI. Poterimus nobis ad memoriam
ducere, & pro maiori facilitate nos aſſue
cere ad poſtulãdas ſeptem Orationis D
minicæ petitiones: nimirum:

1. DEI gloriam, vt ab omnibus illa co
noſcatur.

2. Cœleſtem beatitudinem, quæ eſt R
gnum ipſius.

3. Diuinam gratiam, qua ſanctiſſim
voluntas eius opere impletur.

4. Subſidia vitæ partim ſpiritualia, cu
iuſmodi ſunt S. Euchariſtia, &c. partim t
poranea, vt ſunt panis quotidianus & alia

5. Peccatorum remiſſionem.

6. Tutelam ſiue munimen aduerſu
diaboli tentationes.

7. Liberationem ab omni malo.

DI